Idem.

punt. Felix à Pierio *lib.* 52. *cap.* 36. plauditur lotus, qua Veſtalium ſuſpendebatur capillus. Illæ feliciores abraſa comá *perinde ac arbor ipſa felix cognominata*: Siquidem ſi felicitas cordis, cura nulla de terrenis; felicitas ſanè maxima, dum cogitationes tantùm diriguntur in cœleſtia.

Eccle. 2.

Anima non ſit curioſa.

Greg. Mag.

Oculi illius ſolummodò cælum verſùs.

11 *Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in tenebris ambulat*: dicit Sapiens. Aptitudinem ordinatam à natura videtur repellere, collocans lumina in capite. Facies utique locus organorum luminis: cur ergo fixi ſtabunt in vertice ſummo capitis? An quia ſibi conſulere debet, qui ſurſum animam tollit? Utique, ſua intereſt quæ propria, de quibus adhibenda ratio; nequaquàm aliena, ac de illorum exercitio: igitur ſequetur, & conſequetur felicitatem, modò curioſa non ſolicitet alienam ſolicitudinem. Pro textus expoſitione acumen inferendum Gregorij Magni: *Capilli reſecantur, ne oculos claudant*: inquit *lib.* 1. *Epiſt.* 24. Non exterioris, ſed interioris hominis fit deſcriptio, ubi oculorum ita ſiſtitur non communis collocatio. In capite tantùm videre poſſunt cœleſtia: in facie, cœleſtia etiam & caduca: oculique collocantur in ſummitate capitis, pro formatione ac beatitudine hominis; quoniam procul obice, quò vocatus, adimplebit exercitium, ſi dum videt, tantùm reſpexerit verſus cœlum, cogitans crebrò quò iturus, nihil curans de inferioribus. Dicit vel Ethnicus lib. 1. *Metam. fab.* 2.

Ovid.

Pronaque cùm ſpectent animalia cætera terram.
Os homini, ſublime dedit, cœlumque tueri
Iuſsit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Removeatur cogitatio ſupervacua, ut aſpiciantur cæleſtia.

12 Inſuper. In capite ſunt crines indices cogitationum: quomodò ergo ſi oculi in capite dirigentur in cœlum, dum capillorum multiplicium adeſt obſtaculum? Removentur à facie capilli, ut obiecta cernant & æquè diſcernant oculi: quorſum ergo ut clariùs cuncta videantur, in capillato capite lumina meditanter reponuntur? Ut reſecentur. Quot in capite crines, tot in intellectu cogitationes: quas ni removerit uti importunos capillos, minimè in cœlos quibit elevare oculos. Impediunt viſum, quò in cœlum tendit cor incola, tanquàm crines, terrenæ, ſæculares, inanes ſolicitudines; quibus ſupervenientibus, nullus cœleſtium poſsidetur intuitus, quanvis ob nanciſcendam felicitatem, ſint lumina ſupra verticem; quoniam ſicut caput crinibus, obtutus, etſi perſpicax, obruitur cogitationibus. Haud ullum deſideranti collyrium, ni caput raſum, exule vel levi terrenarum rerum cogitatione; quæ nullius momenti perpenditur quaſi pili: unde ut anima ſurſùm ſurgat, & cœleſtia, ut vult, aſpiciat; non ſufficit lumina in capite poni, ni collocet meditanter in raſo capite: etenim licèt ardeat in cœleſtia, conflagranter flamma pectoris; nonnunquam impedient viſum obices cogitationes.

Quantum malum animæ ex levi cogitatione!

Qui terrena ſolicitat, uſquequaque cæſpitat.

Prov.

Stat cætus, quia malè collocat oculos.

13 Ex obiecto oculis, maximè dubio lumine, pilo, quæ non fingit vaga & anxia cogitatio? Videant, quorum intereſt, quanti interſit, dum cogitatio levis ducitur pili: etenim vel uno ſolo obiecto, & non uti pilo cognito, ita delirans debacchetur ratio; ut quiſquis viderit illuſum fictione imaginis, arbitretur correptum furore mentis. Cuncta perſpicua in veritatis ſpeculo, & adhuc obijciuntur in ſtulto, ut perpensè conſideretur vocatio. *Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in tenebris ambulat*: ut contrapoſitio rectè caderet, neceſſe erat ex diametro luminum collocationem apponere, uti Prov. 17. 24. *In facie prudentis lucet ſapientia, oculi ſtultorum in finibus terræ*: ideſt, in pedibus, quibus dum terrena ſollicitant, uſquequaquè uſque in præcipitia cæſpitant. Dicat ergo Sapiens, oculos à ſtulto collocari in facie, aut pede; dum figit prudens in capite: ſed ſtultum ambulare in tenebris, ubi caput ſapientis præditum oculis. Iurè. In facie ſtultus oculos habet, & minimè etiam oculatus videt; quoniam videt quæ infra faciem, & nulla quæ ſuper verticem, gratis amittens optabilem gloriam, quia oculos ſuos ſtatuit declinare in terram, dum prudens habet in capite; quippe oculi eius etiam in terra cernent terram de longè. In facie habet oculos ſtultus, & quia ſtultus manet cæcus. Deſcendunt itaque è capite adinſtar crinium, importunarum vagarum phalanges cogitationum, quæ quidem cùm viſum impediant, & oculos claudant; ambulat in tenebris ſtultus, manu tentans quaſi cæcus: igitur agitatus impulſu cogitationum, hinc inde ſuper oculos pendentium, neſcit ut videat, unde veniat, aut quò vadat. O amor terrenorum quàm delirus!

Cæcus es, & cæcos pariter tu reddis amantes,
Qui clauſis oculis in ſua fata ruunt.

Oth. Væn.

Succinit Oth. Vænius ubi ſupr. *Emblem.* 31.

Iob. 31. 1.

Leve vanitatis cogitamen impedit claram viſionem.

14 Quanta connexio inter cogitationem & viſum, conſtat ex Iobo. *Pepigi fœdus* (inquit) *cùm oculis meis, ut ne cogitarem quidem.* Oculos profectò habebat in capite, ſed capite raſo, ac potiùs capillo fluxo, dum fœdus oculorum dirimere nequibat cogitatio. Cogitationes ut crines operiunt verticem, ubi lumina fixa; ut videantur à pru-

dentibus cœleſtia, & quanvis cogitatio à ſenſu diſtet, fœdus pepigit cum oculis, ne cogitaret; quoniam vel leve vanitatis cogitamen impediret ſine dubio perviam cœleſtium viſionem. Quæ viſa cogitantur, & ſenſim ex viſis corda trahuntur; quare Iobus cum oculis init fœdera, ut cogitet quæ vident oculi, quaſi non viſa: quandoquidem ſi quæ videt, rapiunt obtutus cogitationis, apertis oculis ambulabit in tenebris. Hinc defectus Sponſæ & in aſpectu, & in crine: *Vulneraſti cor in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Ni pendêret diſitus à cæteris crinis, haud cuſtodia removeretur ab oculis: quare, eſtò improvidè, viſus deviavit à recto; quia propendit verſus terram improvida cogitatio. Pangere debet Chriſti Sponſa fœdera cum luminibus; ne removeatur à Sponſo negligenter, incurioſè levibus cogitationibus: quandoquidem viſio obnubilatur, Sponſus ſine merito percutitur, excandeſcit animus, friget pectus, & Sponſus

Ubi ſup.

Ex cogitatione vagâ oculorum negligentia.

Virgil.

—*Æternum ſervat ſub pectore vulnus.*

Ut alliciatur è cœlis, cœleſtes regnent in Sponſis cogitationes, ſed longè à finibus terræ, quippè cognoſcit cogitationes de longè. Inſtet amor cæcus, ut videat, & potiatur, de quo cogitat: etiam, ut accinit Statius lib. 1. *Theb.* v. 321.

Stat.

———*Spes anxia mentem*
Extrahit, & longo conſumit gaudia voto.

DIDASCALIA III.

Quantum onus Superioris, ſubditis dyſcolis!

1 DIcet tantum onus, qui fuerit expertus: ſiquis ignorat periculum faciat: pigebit, verùm cognoſcet ſummè excedere gravamen ſuperiorem hominis cogitationem.

Ovid.

Fraude perit virtus: in apertos undiq; campos
Proſiliunt hoſtes, & latus omne tenent.

Difficile, munus publicum obire.

Ovid. lib. 2. *Faſt.* v. 225. Optimè Chryſippus ſibi conſuluit, dum munus publicum reſpuit, dicens: *Si malè egero, diſplicebo Dijs immortalibus: ſi prudenter iuxta leges, minimè placebo hominibus.* Ita referunt Eraſm. Roterod. & Conrad. Lycoſthen. in *Apophthegm.* Nodi perplexi ſolutio difficilis, niſi divino iuvamine, ubi Superior facto pius & ſceleratus eodem. O prona in terris anima, & cœleſtium inanis!

Claudian.

—*Quid pulchra vocabula pigris*
Pertentas vitijs? Probitatis inertia nomen
Iuſtitiæ formido ſubit.

Inquit vel Ethnicus lib. 2. in *Eutrop.* v. 206. Si affabilis Præſes, dicitur non circunſpectus. Si circunſpectus, dicitur etiam odioſus, & nonnunquam auctoratus. Si liberalis, prodigus: ſi providus, avidus, imò cyminopriſtes, & ſordidus. Si lenis, fingit, vel fallit: ſi ſeverus recrudeſcit: ſi indulget, facilis: tyrannus, ſi non indulget. Si diſsimulat, ſimulat: ſi tacet, obſervat: ſi loquitur, vulnerat: ſi videt, curioſus: ſi non videt, inſenſatus: ſi prætermittit, puſilus: ſi non connivet, auſterus: ſi increpat, paret furioſus; & nihilo, ſi modeſtus. Si audit, credulus: ſi non audit, durus. Si recluditur, quieſcit: ſuſpicioſus, ſi non dormit. Si miniſterium implet, alia ambit. Si unus cum illis, abiectus: ſi unus præ illis, elatus. Si cunctis unus, notatur indiſcretionis: factioſus, ſi ſingularis: ſine amicis terribilis; cum illis, intolerabilis. Si comedit, genio indulget: erit parcus, ſi non comedit: ſi deguſtat; cuncta deſpicit: faſtidium: ſi lethaliter decumbit; cunctis etiam dignatis odioſus, quia inimici hominis domeſtici eius. Iurè SS. Patriarcha N. *Regul. Sanct.* cap. 1. quia diverſi mores, & indoles, vivere in communitate, vocat *Fortiſsimum genus Monachorum.* In quas non tenebras, vel cimmerias, vel ex barathro, detrudit otioſos cogitationum furioſa caligo?

Cenſura in Præſides.

Oth. Væn.

Cæce quid à recto declinas calle maligne?
Audi quod ratio, quodque Minerva monet.

Inſania ſubditorum.

Ait Oth. Vænius Embl. 31. *Amor.* Verbum in ventum abit, quippè procacitas ſurdis auribus eſſe ſolet: creperèque auſcultabitur monentem, qui rationis urgentis nec vidit faciem; cùm furenter arbitretur malitia licitum, lubitum; ac verum, excogitatum, cenſore phantaſiá, legislatrice dementiâ. *Quò iſta Monachi? Ubi* (dicam cum Bernardo *Epiſt.* 42. in fine, vel de *Morib. & offic. Epiſcop.* cap. 9. num. 36.) *timor mentis? Ubi rubor frontis? Quis unquam probatorum Monachorum tale aliquid aut verbo docuit, aut reliquit exemplo?*

Bern.

Et mens multivola, & in oppoſita.

2 Quis vos faſcinavit? Pridem: *Magnus Dominus & laudabilis nimis*; modò, *linguam noſtram magnificabimus: quis noſter Dominus eſt?* Pridem: *Redemptionem miſit Dominus populo ſuo*; modò, *Quis eſt Dominus?* Pridem: *Rorate cœli deſuper*; modò, *Quis es tu? Quem teipſum facis?* Pridem: *Verba vitæ æternæ habes*; modò, *Durus eſt hic ſermo?* Pridem uti Chriſtus ingrediens in civitatem vel ramis plauditur; & poſtmodùm extra civitatem crucifigitur? Unde divortiũ

oppoſitorum affectuum? Excæcavit eos malitia eorum. Plus enim perditi homines cogitabant, quomodò nocerent; quàm quomodò ſibi conſulerent, ne perirent. *Pertulit* (ait Auguſt. in *Pſalm. 63.* verſ. 2.) *omnes infirmos eorum, curavit omnes languidos eorum; prædicavit regnum cœlorum, non tacuit vitia eorum* (hinc labor, hinc dolor, qui viſcera torquet) *ut ipſa potiùs eis diſplicerent, non medicus, à quo ſanabantur. His omnibus curationibus eius ingrati, tanquàm multâ febre phrenetici, inſanientes in medicum, qui venerat curare eos, excogitaverunt conſilium perdendi eum.* Potiti ſunt voto, ſed minimè fructu. In quæ igitur deſinere quibat curioſitas, inquiſitionis aviditas, iudicij temeritas, cogitationis procacitas? Notatur, ſi attollit oculos, & dum fovet miſeros: ſi in domum leproſi ingreditur, ſi cum muliere loquitur, ſi in orationem recedit, ſi cum peccatoribus accumbit, ſi caput in cruce inclinat, ſi plorat, ſi clamat, detorto iam verborum ſenſu in iudicio, dum ille locutus de corporis templo; & quod maximum, proditus in Eccleſia à comite, priore peſſundatâ charitate, referente, ac deferente in hoſtes ut crimina, perpetrata à Servatore miracula. Prædixit, qui præcognovit. *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit; peccatum non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt.* His pectoribus, etiam inauditum ſingulare beneficium, ut veritas parit odium, quod reprimerent in ampliorem languorem; ſi medicus indulgeret cupidinum libertatem.

Auguſt.

Veritas odiū parit.

Ioan. 6. 5. Marc. 14. 3. Ioan. 4. 27. Luc. 6. 12. Mat. 9. 11. Ioan. 19. 30. Marc. 15. 39. Mat. 26. 61.

Ioann. 15. 24.

3 Quomodò obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Audite Paulum. *Impoſsibile enim eſt, eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sancti, guſtaverunt nihilominùs bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt; rurſus renovari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes.* Exponendum ſingillatim teſtimonium: ſed priùs, ut clariùs eluceat, deformatorum Monachorum ſimulachrum, intuitu medicaminis, nequaquàm venenati livoris (quod abſit) igitur animæ adinſtar ficuum Ieremiæ, quæ bonæ, valdè bonæ; & quæ malæ, malæ valdè. Ita Auguſt. ut alibi dixi, ait: *Sicut non inveni meliores his, qui in Monaſterio profecerunt; ſic nec deteriores ijs, qui in Monaſterio defecerunt.* Hæc *Epiſt.* 137. Quadrat etiam quod de Athenienſibus inquit Plutarch. in *Dione*. Sicut Attica præſtantiſsimum mel, & exitiale venenum progignit; ſic Athenæ aut optimos, aut peſsimos. Unde illud:

Hebr. 6. à v. 4.

Ierem. 24. 3.

Auguſt.

Monachus aut optimus aut peſsimus.

Stygius non audet Pluto, tentare quod audet
Effrænis Monachus.

Æn. Silv.

4 Quid Monachus ſine iugo? Religionis ignominia: igitur videtur perfectionis profeſsio, ſed non actio: in ſæcularia, pluſquàm ſæculares pronus inaniter, atque mancipatus impudenter: illecebris incumbens, imò ſuccumbens, vanitati conſulens, fidem ſæculo ſervans, mundana cogitans, habitu arrogans, nihil illicitum iudicans; quia mutatio veſtium, ſed non morum, queis ſibi videtur tutior ex amplexu criminum: ita vagus & vacuus, ut frequenter inquirat, quò tempus terat, haud ex tempore quid agat: ſiquidem ſupervacuis irretitus, in reſipiſcentiam duntaxàt non habens tempus. Peſtifer, ſceleſtus, exitioſus, impudicus, contumelioſus, lividus, ſuperbus, philautus, magniloquus, phreneticus, abreptitius.

Quid Monachus ſine lege?

——— Et fronte politá.
Aſtutam rabido portans ſub pectore vulpem.

Bernard.

Ad iram promptus, ad odium feſtinus, corruptus mente, leproſus cordis ſcabie, invidus, tumidus, elatus, pervigil ad fabulas, ſomnolentus ad vigilias, procax in verbis, verboſus in iocis, litium amator, Chriſti perſecutor, malitiæ inventor, obſervantiæ extirpator, diſciplinæ deſtructor, ſcutum vitiorum, exterminium virtutum, patronus malignantium, accuſator fratrum, excuſator criminum, oculis attonitus, moribus diſſolutus, ſciſſura in capitulo, immodeſtia in choro, murmuratio in clauſtro, ſæculum in Monaſterio, Troglodyta in refectorio, ſcorpius corde, atque totus ſynagoga Satanæ. Exterior profectò forma (ſi deſideratur ſpecimen) indicat interni animi proiectam relaxationem. *Si videris Monachum, de quo priùs benè confidebas, ubicunque ſtat, ambulat, ſedet, oculis incipientem vagari, caput erectum, aures portare ſuſpenſas* (Ecce qui iam non) *è motibus exterioris hominis, interiorem immutatum agnoſcas: vir quippe perverſus annuit oculo, terit pede, digito loquitur: & ex inſolenti corporis motu, recens animæ morbus deprehenditur.* Hæc Bernard. in 1. *grad. Superb.* num. 28. qui *grad.* 2. num. 39. ita levitatem taxat: quæ ita mordet proiecti viſcera, facilitate, ac pruriginis amentiâ, ſcalpedine linguæ in omnem ventum ſcientiæ; ut minimè cogitet detrectare, quod plaudit, atque laudare, quod deſpicit, vibrans fulmina in elata à ſe uſque in aſtra; & rurſus elevans à cœlo depulſa. Pertrahit, contrahit, diſtrahit, approbat, reprobat, comprobat omnia ſimul, & nihil omnia. Quot conchylia in hoc mari magno, & ſpatioſo! *Qui ſui negligens, alios curioſè*

Diffinitio.

Idem.

Levitas cogitationis, & facilitas pectoris.

circumſpicit; dum quoſdam ſuſpicit ſuperiores, quoſdam deſpicit inferiores, & in alijs quidem videt, quod invidet; in alijs quod irridet; inde fit, ut pro mobilitate oculorum levigatus animus, nulla utique ſui cura aggravatus, modò per ſuperbiam ad alta ſe erigat, modò per invidiam in ima demergat. Nunc per invidiam nequiter tabeſcit, nunc per excellentiam pueriliter hilareſcit. In altero nequam, in altero vanus, in utroque ſuperbus exiſtit; quia & quod ſuperari ſe dolet, & quod ſuperare ſe gaudet, amor propriæ excellentiæ facit. Has autem animi viciſsitudines, nunc pauca & mordacia, nunc multa & inania, nunc riſu, nunc luctu plena, ſemper verò irrationabilia indicant verba. Et num. 41. *Poſtquàm vanitas excreſcere, & veſica groſſeſcere cœperit; neceſſe eſt, ut ampliore foramine, laxato ſinu, ventoſitas eructetur, alioquin rumpetur. Sitit auditores, quibus omne quod ſentit, effundat, quibus qualis & quantus ſit, innoteſcat: inventa autem occaſione loquendi, ſi de litteris ſermo exoritur, vetera proferuntur & nova; volant ſententiæ, verba reſonant ampulloſa. Prævenit interrogantem, non quærenti reſpondet: ipſe quærit, ipſe ſolvit, & verba collocutoris imperfecta proſcindit. Si de Religione agitur, ſtatim viſiones & ſomnia proferuntur. Si ad ludicra ſermo convertitur; in his quantò aſſuetior, tantò loquacior: dicas, ſi audias, rivum vanitatis, fluvium ſcurrilitatis.* Cymbalum ſanè mundi, tympanum orbis, turbo ſeminiverbius, typho videtur bulloſus, nugipolyloquides, & bombalobombax. Ita bilingues, imo polylingues incedunt Monachiſmi propudia, inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt, ut habitæ religionis ſpecie, faveant audaciæ, conſulant tutò malitiæ; quos oportet redargui, qui univerſas domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet malignitatis gratiâ, iuventutis corruptelâ, converſatione peſtiferâ.

Idem.

Loquacitatis vanitas & ventoſitas.

Idem.

5 Alia ex SS. PP. promerem, ni Ioannes Nider querulus congeſsiſſet; nihilominus ex illo decerpam aliqua. *In defermato* (inquit) *Monaſterio omnia reperies, per quæ religionis forma corrumpitur. Ibi prælatus negligens, ſubditus inobediens, iuvenis otioſus, ſenex obſtinatus, Monachus curialis, religioſus cauſidicus, habitus pretioſus, cibus exquiſitus, rumor in clauſtro, lis in capitulo, diſſolutio in choro, & circa altare irreverentia. Si quis verò aliquis formam religionis antiquæ inter perverſos renovare geſtiat per bonorum operum exercitia; vix credi poteſt, quanta talis ſuſtinere habet opprobria à malevolis: quia uti Bernardus ait in Apologet. à talibus parcitas vocatur avaritia, ſobrietas auſteritas creditur, ſilentium triſtitia reputatur. Econtrà remiſsio diſcretio creditur, loquacitas affabilitas, cachinnatio iucunditas, mollities faſtus honeſtus, cultus ſuperfluus munditia. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei?*

Nider.

Monaſterij deformati deſcriptio.

6 Arbitrantur vel ſtultum, vel infenſiſſimum hoſtem, diſciplinæ regulari conſulentem. Videt prævaricantes, & tabeſcit, ſiquidem zelus domus Domini viſcera comedit; ſed loquuntur adverſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia & in abuſione. Quid contigit Benedicto? *Cùmque in eodem Monaſterio regularis vitæ cuſtodiam teneret, nullique ut prius per actus illicitos in dexteram, lævamque partem deflectere à converſationis itinere liceret* (ait Greg. Magn. lib. 2. *Dialog.* cap. 3.) *ſuſcepti fratres inſanè ſævientes, ſemetipſos prius accuſare cæperunt, quia hunc ſibi præeſſe popoſcerant, quorum ſcilicèt fortitudo in norma eius rectitudinis offendebat. Cumque ſibi ſub eo conſpicerent illicita non licere, & ſe dolerent aſſueta relinquere, durumque eſſe quod in mente veteri cogebantur nova meditari, & quia gravis eſt ſemper pravis moribus vita bonorum, tractare de eius morte conati ſunt.* Fecerunt, irritum factum eſt pactum: patet periculum, ubi neceſſarium miraculum. Non reputavit homines, ſed dæmones, quibus dixit: *Nunquid non priùs dixi vobis, quia veſtris ac meis moribus minimè conveniret? Ite & iuxta veſtros mores patrem vobis quærite; quia poſthàc me habere minimè poteſtis.* Et præſidentia tanti ac talis Abbatis ſolicitabant gloriolam, ſed nequaquàm obſervantiam. Quis igitur ab improbis honorabitur, ſi humanus Seraphim Franciſcus etiam deſpicitur? Dicenti cuidam, abdicato miniſtri generalis officio, ut dicitur ab Uvading. *Colloq.* 13. quòd iterùm ſuſciperet curam filiorum, & perficeret in eis religionis ſtudium, ne remiſsione tepeſceret, quòd ſub tantâ ſolicitudine ac ſanctitate floruerat; reſpondit: *Ego fratres meos, quantum poſſum diligo, quos ut meos proprios natos in dies magis diligerem, ſi illi patris non aliena ſibi proponerent imitanda veſtigia: nec alienos potero iudicare, dum illis placuerit me pro patre ſuo reputare; ſed ſunt quidam de numero prælatorum, qui dum antiquorum eis exempla propono, alia conſulunt, & alia dicunt, & trahunt, mea præcepta floccipendunt, & ſalutaria monita contemnunt. Quæ verò*

Greg. Mag.

S. Benedictus abdicavit ſe munere relaxatos moderādi.

Uvading.

modò faciunt ; ſi benè vel perperam conſulant, ipſarum rerum exitus & temporis decurſus comprobabunt. Væ tamen illis prælatis, qui mihi ſunt contrarij, quos Dei voluntati repugnare, liquidò mihi conſtat, licèt invitus quibuſdam condeſcendam. Dolor mihi eſt, & afflictio magna, quòd ea, quæ per magnum orationis, & meditationis laborem à Domino per ſuam miſericordiam obtinui, & quæ in magnam totius Religionis, & fratrum præſentium, & futurorum utilitatem redundant; quidam ex Superioribus auctoritate ſua, & mundanæ ſcientiæ providentià evertere conantur, dicentes : iſta ſunt tenenda, quæ contemnenda puto; & quæ ſervare iubeo, tanquàm inania & negligenda deſpiciunt. Siccine audacia? Erubeſcant impij & deducantur in infernum : muta fiant labia doloſa.

Bonus gravis moribus corruptis.

7 Ex huiuſmodi ſpecimine, perſpicuum, qui ruentes, ſemel illuminati. *Impoſſibile* (inquit Paulus) *renovari in pœnitentiam.* In quacunque hora pœnitens in bonam frugem ſe converterit peccator, odium evaneſcet, & error. Utique, ſed impoſſibilis pœnitudo cordis, ſine illuminatione mentis prævaricatricis : igitur perperàm errati, aut erroris pœnitebit ; qui obcæcatus à malitia, uti errorem non agnoſcit. Pœnitentia indicat cordis dolorem ex tranſgreſſione legum, & errore criminum ; de quibus exultant perditi, & in quibus gloriantur obcæcati, meditantes quomodò perferant, longè qua arte reſipiſcant : impoſſibiliſque dicitur pœnitentia, dum conſcientia ita corrupta; quippè ratio impoſſibile videt, pœnitere, aut dolere, de quo gaudet. Pœna non revocat, æternitas non avocat, conſuetudo ligat, naturam vertit, mentem traducit, urgens in illicita, nec agnita illecebroſa, inoleſcens in vetitum, ita ut diſpliceat, quicquid non redolet vitium : iurèque dicitur ſummè difficilis pœnitentia, quia in dolorem clauſa eſt ianua : quandoquidem nulla ſperanda revocatio, aut pectoris puncti contritio; ubi præ conſuetudine criminum, doloris nec cogitatio. *Poſtquàm terribili Dei iudicio* (ſubdit Bernard. ubi ſupr. *cap.* 21. *num.* 51.) *prima flagitia impunitas ſequitur ; experta voluptas libenter repetitur, repetita blanditur. Concupiſcentia reviviſcente ſopitur ratio, ligat conſuetudo ; trahitur miſer in profundum peccatorum, trahitur captivus tyrannidi vitiorum ; ut carnalium ita voragine deſideriorum abſorptus, ſuæ rationis, divinique timoris oblitus, dicat inſipiens in corde ſuo : Non eſt Deus. Iam indifferenter utitur libitis pro licitis, iam ab illicitis cogitandis, patrandis, inveſtigandis animus, manus, vel pedes non prohibentur; ſed quicquid in cor, in buccam, aut manum venerit : machinatur, garrit & operatur, malevolus, vaniloquus, facinoroſus.* Vera patent : utinam ficta fuiſſent! Et etiam elucet impoſſibilis prorsùs pœnitentia, quia obcæcati conſuetudine venundati ſub peccato, & in peccata.

Heb. 6. 4.

Mens obcæcatur malitià.

Impoſſibilis contritio, ubi nulla de crimine cogitatio.

Bern.

8 Cauſa etiam præſefertur in Tautologiæ textu. *Vir*, dicitur, *de cuius capite capilli fluunt, calvus & mundus eſt.* Poteſt eſſe mundus, & immundus capillorum defluxu, qui nitet calvus. Defluxus crinium manare quit à natura, etiam à lepra. Capilli cogitationes ſunt, quæ decidunt vel propter contemplationem cœleſtium, vel propter humorem peſtiferum, venenatum ; inſità corruptione radicum : criniumque fluxu vir poteſt eſſe calvus, & non mundus; quoniam inquinata eſt anima, corruptis cogitationibus ab iniquitatis lepra. Perpende acumen in Didaſcaliæ intuitum. In calvitie ex lepra vides proiecti peccatoris ſtatum. Capillos calvo impoſſibile reſtitui : unde pectoris ſymbolum in ſcelera propenſi ; igitur corrodente inveteratà putri lepra iniquitatis, & peccati conſuetudinis, nec radix ſiquidem manet utilis in pœnitentiam ſalubris cogitationis. Inſerit Deus in animam cœleſtes cogitationes, quarum evulſio dolet, quemadmodum evulſi à capite crines : indicaturque deciſis cogitationibus lepra, ſerpente veneno in viſcera ; quia quantunvis dolores pungunt, evulſionem non dolent, neque ſentiunt.

Lev. 13. 4.

Corrũpitur anima à cogitationum lepra.

Inſenſibilis fit.

9 Modò Paulus : *Impoſſibile eſt, rurſus renovari in pœnitentiam* : Additque cauſam, *ſi ſemel ſunt illuminati.* Illuminantur primò vocati in pœnitentiam veterum morum, dum Religionis induunt venerabilem habitum, abiectis tenebris, ac indutis armis lucis, capillis erectis in cœleſtia, quò vivit cogitationibus anima : ſenſim introducitur lepra illecebrarum, qua uti capilli cogitationes decidunt, frequentiaque radicitùs evelluntur : nonnunquàm venenum ſerpit, & ab inſtituto trahit : unde in priſtinum ſtatum difficilè renovantur ; quia cogitationes adinſtar capillorum, menti haudquaquàm reſtituuntur. Ad præteritum non datur regreſſus, evulſis capillis : nec aliter per lepram ſemel illuminatis, merſis cogitationibus pravis in peiora, & incognità etiam graviſſimâ culpà, ſtatu utique deplorabili, & inſenſibili corde, ac deſperatà ſalute : etiam impoſſibilis omninò criminum pœnitudo; quoniam utilis, nec unica penè poſſibilis cogitatio.

Deploratur ſalus.

10 Icti

10 Icti iacent veneno exitiali Salamandræ; igitur vel in medio flammarum, ac inter ignem urentem, non ſentiunt ignem; imò propter viſcerum toxicum, incendio vehementiore magis rigent & frigeſcunt.

Similis ſalamandræ.

Ambulat in medios Salamandra illæſa per ignes,
Nempe illæſa manet ſemper & integritas.

Ioach. Camer.

Canit ruſticè Ioachimus Camerarius *Cent.* 4. *Embl.* 69. & oloris modulamine Gregor. Nazianz. Carm. 4. de *Præcept. ad Virgin.* verſ. 774.

Parvula flammigeros currit Salamandra per ignes,
At velut in gelida figit veſtigia terra.

Greg. Nazianz.

Alia Salamandræ conditione inficiuntur & conficiuntur. *Saliva eius quacunque parte corporis, vel in pede imo reſperſa, omnis in toto corpore defluit pilus* : ait Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. & *lib.* 10. *cap.* 67. *Animal ſtellatum, ſerenitate deficiens : huic tantus rigor, ut ignem tactum extinguat, non alio modo quàm glacies.* Vide quæ diximus in *Liter.* num. 5. & Philen. de *Animal propriet.* cap. 16. Stellata ſunt improbi Monachi animalia, ſpecie habitus religionis pulcherrima; verùm animà peſtigerâ : igitur ſub luce lues, ſub ſplendore ſtrages ; quoniam obvia cuncta venenant, tacta inquinant, itaque virulenti maculant, ut quanvis accedant corda igne flagrantia virtutis, ab illis recedant frigida, & rigeſcant quaſi glacies. Quid utique verba, ſi virulenta exitialiter ſaliva? Quoti addicti religioni appropinquaverunt? ſed ſteterunt : ſiquidem cogitantes invenire virtutem, ob habitus ſtellatum ſplendorem ; ſub fulgore offenderunt lepram & ſaniem. Igne Dei amoris ducti, ſatagebant flammarum potiri fomite, qui ſubitò elanguit ex morum converſatione : etenim adinſtar Salamandræ deplorandi pravi mores extinxerunt venenis impetum ignis. A facie frigoris horum quis ſuſtinebit? Vidiſſe piget, ſicut qui quærit animitùs ſalutem, & reſpicit ſcorpionem. Serenitate gaudent cuncta, & exultant pace partâ. Longè à conditione depravatorum pectora: igitur cùm veneno diſcordiarum gliſcant, ſine litibus tabeſcant; corda in toxica Salamandræ mutarunt, quoniam exitiales orbi ſerenitate deficiunt. Diſſipa Domine gentes, quæ bella volunt.

Plin.

Salamandræ etiam lethalis ſaliva.

Serenitate moritur.

11 Eritne aliquod in huiuſmodi peſtem alexipharmacum, & reptilium exitialium exterminium? Providetur à natura, in cuius miniſterio, Monachorum pravorum deſcribitur converſatio, & non converſio. *Venenum* (ſubdit Plinius loc. cit. *lib.* 29.) *eius extinguitur primùm ab his qui veſcuntur illa.* En pravitatis ſcena. Venena viſcerata citò expellerent, ſi venenis minimè ſtomachum aſſuefacerent. Sanie, ac peſtilentia gravantur, verùm venena non evomunt. Si peccata toxica, patent peccata, & etiam impoſſibilis prorſum pœnitentia : igitur cùm urgeantur prurigine lepræ, criminum ſcabie, iniquitatum lue, in conſcientiæ etiam pungentis levamen ; nullo modò pœnitudinem, atque confeſſionem cogitant, ut crimina evomant; ſed avidiùs in venena, ampliora venena vorant : quandoquidem nullum illis peccato occurrit ſubſidium : niſi iterare peccatum. Peccata comedunt, atque peccatis nutriuntur. Revocari poſſent in ſanam mentem, ni veneni vi expuliſſent omnem à mente cogitationem : & præ ſe fertur finalis impœnitentia, tenaci corde in malitia; quoniam minimè quaſi ſalamandræ ſanie percutitur pectus, ubi in toto corde & corpore proficuæ cogitationis nec remanet ullus pilus. *Semel illuminati*: dicit Paulus, ut caveat etiam à periculo, qui videt impœnitentiam in obſtinato. Ni eſſent illuminati, ignorantiâ deficerent, & in iniquitate recrudeſcerent ; ſed miſericordiam ſperare poterant, quippe cæcè deliquerant : at ſemel illuminati, obcæcati, iam non cæci : quibus impoſſibilis profectò pœnitentia ; igitur cuncta crimina ex pravitate, & malitia.

Idem.

Medicina ex illa.

Monachi impudentia ex peccatis prolabitur in peccata.

Cuncta ex pravitate & malitia.

12 Quod hìc Paulus impoſſibile dicit, difficile iudicandum, ut examen operum Monachum teneat ſolicitum. Conſuetudo eſt altera natura, advenientium operum tenax in animo forma : ſanè cunctis difficile, à natura declinare. *Nec miremur* (ait Seneca lib. 7. *qq. nat.* cap. 30.) *tam tardè erui, quæ tam altè iacent.* Quæ virgula, ut inquit Ovidius de *Remed.* lib. 1. verſ. 87.

Conſuetudo tenax.

Senec.

Tunc poterat manibus ſumma tellure revelli.
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.
Intereà tacitè ſerpunt in viſcera flammæ,
Et mala radices altiùs arbor agit.

Ovid.

Hinc Paulus non dicit : *Impoſſibile revocari*, ſed *renovari*. Ut ſit mentis renovatio, intercedere debet priſcarum cogitationum deſtructio, quarum radices altæ, ac præ conſuetudine impoſſibiles deſtrui, ut rurſus floreſcat gratia, effectrice pœnitentiâ : igitur deſunt vires, ad hoc quòd anima vepres deſtruat, & evellat, ut ædificet, & plantet. *Eſt peccatum ad mortem* : dicebat Ioannes. Quodnam non in mortem crimen? *Omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatum ad mortem* : ſubdit idem. Quo pacto excludit, quod ſub peccato recenſet? Omne peccatum grave eſt in animæ mortem, ſed non perſiſtit uſque in mortem corporalem; quip-

1. Ioann. 5. 16. v. 17.

pe

Pravitas facit peccata, quia fecit.

pe offenſa cognita, etſi fragilitate commiſsâ pectus dolet, facti pœnitet, tranſgreſsionis piget. Moritur, ſed ſuſcitatur in renovationem ſpiritus, ut fugiat iterùm lapſus. Perditus moribus habet utique crimen, & eſt mors animæ, & uſque in corporis mortem, cognitâ graviſsimâ culpâ, & ideo factâ, immutabili malitiâ: quapropter impoſsibiles dicuntur renovatio & pœnitentia; quoniam ut faciat crimina faciet, & perficiet; quippe fecit.

Uvading.

13 *Periculoſius eſt* (aiebat Seraphicus Patriarcha apud Uvadingum *Oracul.* 15.) *abuti, quàm carere virtutibus.* Quàm terribilia ſunt opera tua Domine! In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. *Semel ſunt illuminati, guſtaverunt donum cœleſte.* Haud directa cogitatio iuxta intellectionem, ſed iuxta prolubij rabidam cupiditatem, illecebris uti caducis cognitis, atque malitioſè amplexis. Malum carere virtutibus; verùm aliqua excuſatio, quòd nudi illuminationibus. Sunt illuminati, gratiæ guſtato dono cœleſti; cæterùm virtutibus ſunt abuſi: quandoquidem dona & virtutes à cognitione ablegarunt; quia ut virtutes cognoverunt. Perpende acumina Pauli. *Prolapſi ſunt.* Non tantùm lapſi, ſed prolapſi: id eſt, gravi lapſu. Gravi? Utique, & prorſus irrevocabili. Verùm unde? *Guſtaverunt virtutes ſæculi futuri.* Non novum, quanvis guſtatâ virtute, lapſus, & relapſus humano fragili cordi, dum nihil malignitatis conſuetudine cogitat de æternitate. *Guſtaverunt* (ait) *virtutes ſæculi futuri*: & lapſi ſunt? & prolapſi? Quem non arcet ab illicitis vel futura pœna, aut gloria? Haccine cogitatione compeſcuntur in homine vitia, timet audax, erubeſcit procax; igitur pro alexipharmaco cogitatur æternitas, ne extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Si admittitur peccatum, hoccine timore anima reſipiſcit, & compunctione pœnitet: verùm hi, lapſi & relapſi ex cognitione clarâ futuri ſæculi; quâ pœnitentia impoſsibilis, & lapſus in ſalutem irrevocabilis: ſiquidem tanta malitia; ut conficiatur audacia, ex quibus reſipiſcentia.

Ubi ſupr.

Abutitur Monachus ſtatu, rubore perdito.

Verſ. 5.

Conficitur audacia ex quibus reſipiſcentia.

14 Pro deploratis, electos Iſraëlitas relinquere iubet Dominus Ieremiam, & addit; *quia non exaudiam.* Quid eſt cordi benigniſsimo, quòd opponeret nubem, ne una tranſiret oratio? *Quid eſt* (reſpondet) *quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?* Textus perſpicuus, ut à patratis reſipiſcat Monachus, quia à Deo è ſæcularibus eligitur ut dilectus. *Quid eſt*, ſignat admirationem & ingentem novitatem. *Quid eſt?* igitur admiratione dignum, quòd faciat dilectus, quod non auderet vel cogitare inimicus. *Quid eſt?* Quid erit? Pervicacia & impudentia: ſiquidem perfricta fronte muneratorem offendit; quia dignatum ſe cognoſcit, quia guſtavit cœleſte donum, quia novit venturum ſæculum, & prolapſus eſt in barathrum, pro donis reddente pectore probra, & pro gratijs vulnera ſuper vulnera adacta. Quid eſt hoc, dum ex eiuſmodi intuitu in alijs lucet revocationis ſpes? Proijcere cum ſitula lorum, ſolicitando iter devium obcæcatione mentis, & obſtinatione cordis, intendentis in deterius labi, in crimina progredi; quoniam videtur impoſsibile reverti. *In domo mea*, ſubdit. Quaſi non ſufficeret graviſsimum ſcelus, etiam profanis deturpatur locus; ut conſtet, quanta malignatus eſt dilectus, inimicus in ſancto. Monaſteria domus Dei ſunt, & ſacrata præſentiâ: profanantur, ſi ad illa portantur ſæculi idola, vanitas, curioſitas, otioſitas, ambitio, detractio, ſuperbia, arrogantia, inſidiæ, cavillationes, quæ dicuntur in faſtum commodi ſales; vellicantes auriculas in pruritum, ac prævaricantes cor incautum: & non tantùm de ſcelere queritur Dominus, ſed etiam ubi factum ſcelus: ſiquidem lamentabile, eòuſque procedere audaciam, ut idola collocet intra virtutum ſcholam; quin vulneret animum, deſpici Eccleſiam, templa, domus Dei, & Monaſterium. *Fecit* (denique ait) *ſcelera multa. Fecit.* Quid perficere, ubi nefas cogitare? *Scelera multa.* Qualia? Tacet, quippe criminum erubeſcit. Qualia? *Hæc feciſti*: dicit alibi, ſed quæ, non dicit. *Quis audivit unquam talia horribilia?* Horribilia ſunt, ſed qualia? Talia uti ſunt horribilia, ſed nequaquàm in Dei domo nominanda, ne audiatur uti poſsibile factu, quod ſupprimitur in verbo: etenim horribile & execrabile, à proiectis fieri poſſe, & etiam fieri; quæ vel iudex, etſi offenſus, erubeſcit nominare.

Ierem. 11. 14. v. 15.

Et ex amore in amantem audacia.

Item pervicax irreverentia.

Intra ſacra, etiam ſæculi idola.

Pſalm. 49. 21.

Ierem. 18. 13.

15 Horribilia ſunt, ſed unde origo? Prout auguror, clarebit ex textu. *Quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Iſraël?* Ignota ſanè gentibus; ſed etiam nobis ignota, quia dicit horribilia, verùm non qualia. *Quid autem horribile illud, ſtatim explicat*: ait Sanctius hìc num. 12. ſubdens: *Nunquid deficiet de petra agri nix Libani?* Quid ſanè nix in Libano, vel non; ut ex nive, vel non nive conſtent horribilia ex Iſraël? Pende conditionem nivis, & videbis, quàm aptè ſymbolum cordis. Libanus ſpeculum Religionis nitet; igitur ille fulget candore nivium, Religio candore morum, quin hæc vel illa à puritate decidat, quippe fulget hæc & illa, & quos Libani non tetigit ulla nix, nive dealbabuntur in Selmon. *Libanus* (ait Barth. Anglicus lib. 16. de *Propr. rer.* cap. 24.) *perpetuis nivibus, hyeme ſcilicèt & æſtate candidatus.* Ecce candor, & unde ſacris ordinibus tantus fulgor. Ex aqua elevata coâleſcit (ut dicemus fusè *Tautol.* 10. num. 5.) nix criſpata, quaſi cœli ſpuma. Quod fit in aëre ex levi vapore terræ, caloris Solis virtute, conſtruitur à Monacho, in lachrymarum valle, ponente aſcenſiones in corde: ſiquidem ex perenni vapore lachrymarum, conficitur in anima amabilis candor morum. Vapor ſeu exhalatio è terra, tendit in lachrymas; ut altè in cordibus ſedeat puritas: igitur candorem Monachus haud nanciſcetur; ſi quod terreum adhæſit, non deploratur: cæterùm conſultò videat, quo intuitu, & quo modo plorat; ut candor non evaneſcat: ſi ſurſum vapor, in cœlum tendit, ſi non elevatur, ſuperficie terræ iacet: quia iacet, debet lachrymari Monachus, ut purificetur & candeſcat animus: etenim nihilo ſanè pretioſitas lachrymarum, vapor dum oculorum non volat ſurſum. Lachrymárum profectò ſpecies ſignat ſtationem cordis: vel ſurſum vel deorſum exhalatio liqueſcit; ut Monachus cognoſcat, ſi retrocedit, vel proficit: quippequàm ſurſum, candorem ſynceritatis nanciſcitur; deorſum verò, uſque in perditionem ſicut aqua labitur. Monachus aquæ conſideret conditionem, ut cogitationes revocet in examen. *Omnes morimur* (dicitur) *& quaſi aquæ dilabimur, quæ non revertuntur.* Qui ſtat, videat, ne cadat; videat, ne in perpetuum corruat; videat, ne ſemel deſcendat; quoniam læſus ſemel animus, ſicut aqua decurrens ſemper inferiùs. Haud fieri quit, quòd aqua cadat, & ſurgat. Similiter ſi Monachus infeliciter cadat. Si ſemel ſicut aqua dilabitur, ut aqua non revertetur: igitur pondere gravi ex conſuetudine criminum, corruit, & currit anxiè ſemper deorſum.

Sanct.

Ibid. v. 14.

Cor Deo dicatum cur ſimile nivi?

Barth. Angl.

Quicquid in Monacho terreū, deplorandum.

Finis lachrymarum unde?

2. Reg. 14. 14.

Lapſus Monachi quare confertur aquæ.

Senec.

—Ipſa ſe in leges novas
Natura vertet, regeret in fontem citas
Revolutas undas amnis.

Propert.

Fluminaque ad caput incipient revocare liquores.

Ut canunt Seneca in *Thebaid.* verſ. 84. & Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 15. verſ. 33.

16 Modò intelligitur Paulus. Exhalationes cordis igne charitatis toliuntur in æthera, animâ in lachrymas reſolutâ, dum petuntur in ſalutem Monaſteria. Verùm in animabus prolapſis, pœnitentia aſsignatur quaſi impoſsibilis. *Impoſsibile eſt enim, &c.* Impoſsibile? Sanè. O Domine! Inimici mentiti ſunt ei. Semel prolapſi, nunquàm reverſi. *Semel ſunt illuminati*, ut ſurgerent in candorem: *cœleſte guſtarunt donum*, ut verterentur in nivem. *Spiritus Sancti participes* ſunt effecti, ut ſuper nivem dealbarentur in vertice Libani. *Guſtaverunt bonum Dei verbum*, ut ingrederentur ſenſim nivis theſaurum. *Virtutes* perceperunt *venturi ſæculi*; ut invenirentur candidiores nive: impoſsibiliſque deſignatur pœnitentia, ſemel facta animæ ruinâ; quippe adinſtar nivis in aquam ſi ſemel converſus animus, ſemper labitur inferius. Non aſcendet iterùm, ſi tendere cœpit in proclive deorſum; turpi lamentabili ſtatu, dum anima collocata cœlitùs in monte Libano: igitur lamentabile, frigore relaxationis rigeſcere corda in grandinem, quæ in puritatem ſtatus converti poſſunt in nivem. Nix eſſent, ſi elevarentur; verùm in deterius prolabuntur; quoniam pro reſipiſcentia, ita protegunt peccata, & obdurantur corda; ut ad flatum Superioris monitionum, quæ nix, obijciatur grando, ſpiritus procellarum. Ni elevarentur in ſtatum candoris, forſan reverterentur à peccatis: ſed quia iam illuminati corruerunt, nullo modo revertuntur: igitur aſcendentes in virtutum cacumen, nivis receperunt frigus, ſed non candorem.

Ubi ſupr.

Semper labitur inferius.

Et obduratur.

17 Quomodò hìc, inquires, frigoris intemperies, ubi igne vehementis charitatis, in proximum ac Dominum dilectionis, nullus perfectorum timet domui ſuæ à frigoribus nivis? Nota. Ex aqua ſanè formantur plura meteöra, & in aquam, uti nubes reſolvuntur, aliquando & in melius commutantur; ut claret exhalationibus, & vaporibus maris, converſis in dulcedinem ſuctu mirabili nubis. Nix, ſemper nix, vel aqua putrida. In nivem religionis obſervantia convertuntur corda: & ſemel prolapſis impoſsibilis à Paulo indicitur pœnitentia; quoniam ſemel lapſi nullatenùs reſipiſcunt; ſed fœtidi, abominabiles, ut nix liquata, putreſcunt. Haud oculos convertunt in Libanum, à quo lapſi; ut rurſum lachrymis elatis, nivis recipiant candorem: ſed putrem vitam celebrant, ut puritatem, ſocios invitantes, ut vincant multitudine, corrupti ſtudijs, & abominabiles facti, religione peſſundatâ, & graſſante corruptelâ, qua patent muta animalia: ſed ita proiecti, quoniam ita prolapſi; ut in quibus naturaliter aliquid boni, ut muta animalia norunt, in his etiam corrumpantur.

Non reſipiſcit, ſed putreſcit.

18 Obſerva Iobi acumen, dum putridum ſignat hominem. *Si lotus fuero quaſi aquis*

aquis nivis , tamen ſordibus intinges me.
Quo pacto ſordibus prorſum immundus,
Iob. 9. 30. dum ita lotus? Ut munditia , & ſumma in
31. pectoribus ſignetur , nix in exemplum addu-
citur. *Nive dealbabuntur.* Pſalm. 67. 15.
In Monacho ſumma puritas. Quare ergo ſi lotio nivis , remanent animæ
ſordes? An quia ni ſummum, dedeceat Mo-
nachum , & quod in cæteris non notatur,
vel notatur ut leve , in virtutibus addicto
cenſeatur abominabile? Dicit Iuvenal. *Satyr.*
8. verſ. 140.

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe
Crimen habet ; quantò maior , qui peccat,
Iuvenal. *habetur.*

Aliud & utilius indicant verba. Non dicit,
nive lotionem factam , ſed aquis nivis, ut
clarè patêrent ſordes , eò deteriores , quò
ſub candoris ſpecie , ementitâ munditie , ut
deteſtetur anima Monachos à lacte avulſos,
& à nive in aquam ultrò prolapſos : ſiqui-
Malus inquinatur, unde abluitur. dem cùm aqua nivis fœtida , nix verò can-
dida ; ablutione ſuppoſitâ apparent inqui-
namenta : quoniam huiuſmodi aquà qui
abluti nunquàm lavantur ; ſed magis, ac ma-
gis in deterius corrumpuntur. Videns Dio-
genes Cynicus pueros ſeſe abluentes aqua lu-
tuenta ac ſordium plena , ut refert Eraſm. in
Apophth. lib. 3. facetè dixit : *Qui hìc lavant,*
ubi labantur ? Sic abluuntur , qui lavantur
Eraſm. aquis nivis, deſpecto candore, atque purita-
te Religionis : oſtendunt munditiem , oſten-
tant in oſtentum puritatem , demonſtrant
candorem, etſi prolapſi in peccatum ; ſed la-
vacrum illorum ex aquis nivium: igitur ince-
dentes quaſi loti nive , magis ac magis ma-
culantur ablutione. Hinc tanquàm prodi-
gium addit : *Ad nimium calorem tranſeat ab*
Iob. 24. 19. *aquis nivium.* Ab aquis nivium, non à nive.
A nive, id eſt, à morum candore, uſque flam-
mam vehementem charitatis , facilis tractus;
igitur nix iam viſa rubens in montibus: ut di-
xi in *Liter.* num. 17. Ab aquis nivium, obſer-
Miraculoſa converſio, ſi aliquando. vatur ut miraculum : ſiquidem omninò mira-
bile, ex nive in aquas converſum, pravis mo-
ribus corruptum, uſque in fœtida prolapſum,
per charitatis ignem, in nivis priſtinum per-
tranſire candorem.

19 *Petite à Domino pluviam* , inquit
Zach. 10. 1. Zacharias , *& Dominus faciet nives.* De ni-
ve dicunt ex Ariſtotele tam Berchor. in
Reductor. lib. 6. cap. 25. quàm Barthol.
Anglic. *de Proprietat. rerum*, lib. 11. cap. 11.
terras fœcundare , ut uberiùs atque feraciùs
proferant fructus : niviſque Propheta pro-
Deus favet hominibus ultra votū. mittit copiam , dum populus petit pluviam;
quippè iuxta Domini benignitatis ingenium,
ſemper favet hominibus ultra votum. *Et*
Dominus faciet nives. In Didaſcaliæ pro-
poſitum Septuag. Interp. *Dominus faciet*
phantaſias. Phantaſias dicimus res , quas
fallaces videmus , quaſi præſtigias , ludibria Septuag.
luminum , queis nihil præter oſtenſionem
verum. Vident oculi , ſed ratio non credit
viſis : patent aſpectui , & quaſi eſſent in
ſomnis. Haud ſecùs profectò fit , dum pro- *Lapſi Monachi converſio, phātaſtica cogitatio.*
lapſi reſipiſcunt , & convertuntur ad cor: di-
citurque embolium phantaſiæ ſomno luden-
tis , ſi Dominus facit nives ; quoniam vide-
tur phantaſticum (ſi videtur) animum ex
nive in aquam prolapſum (atque putrem &
corruptum , in fœtidiora tendentem) reſti-
tui in nivis candorem : Faciet Dominus
phantaſias , ut iurè dicamus : *Num & Saul*
inter Prophetas? Claret utique phantaſticum, 1. Reg. 19.
ad nimium calorem , quòd tranſeat ab aquis 24.
nivium.

20 Iam igitur reſpondere congruit dif-
ficultati verborum teſtimonij Ieremiæ. Ex
defectu nivis in Libano claruit Iſraëlitarum
in idola proiectio : reſtat ſcire , quomodò
nive in Libano perſiſtente , crimen illorum
horribile? Dicam , ut conſtet tam Dei con-
genita pietas, quàm illorum malignitas. Etſi
nix in Libano deficere poteſt , nunquàm de- Ubi ſupr.
ficit. Miſericordia ſemper exiſtit, quippè de-
ficere nequit. Nonnunquàm intendit homi-
nem converti in mentem, ut conſequatur me-
dià pietate ſalutem : vocatque ſcelus inaudi- *Dei amor plusquam culpa percutitur de pietate diffidentia.*
tum & horribile, non deficiente defectibili ni-
vis candore , de pietate divina deſperare;
quoniam pectus amantiſsimum pluſquàm
culpa, percutit altè de pietate diffidentia. In
ſceleribus hominum Dei vulneratur , ac deſ-
picitur auctoritas : in deſperatione proſcin-
ditur ſumma charitas: igitur maior cogitatur
pectoris humani malitia , quàm divini cordis
æſtuantis miſericordia ; queriturque iurè de
cogitatione horribili : quoniam vulnus in
amore. Hinc Paulus ſubdit : *Rurſus crucifi-*
gentes ſibimetipſis filium Dei. Non quicun-
que , ſed qui poſt illuminationem ſunt pro-
lapſi. Subijt Redemptor crucem & mortem,
propter lapſorum & relapſorum ſalutem : &
iterùm crucis tormentis deſtinant , qui ve- Heb. 6. 6.
niam , propter illos à crucifixo , deſperant;
quippè plus & ultra patitur in impia deſpe-
ratione, quàm paſſus fuerat in cruce. Horri-
bile dicitur, quicquid ſupra hominum malig- *Non humanum , ſed diabolicum.*
nitatem extollitur: & deſignatur execrabilis,
horribilis, uti in ſtipite crucis, refricatio vul-
nerum cordis amantis ; quoniam deſperatio
de divina clementia , non humana cogitatio,
ſed diabolica.

21 Patet pietatis immenſæ vulnus : elu-
ceat etiam proiecti pectoris virus. Nullum
lapidem improbus relinquet intactum , ut
turpe

turpe defendat relaxationis propoſitum,
deaurans crimina , lævigans ſcandala , oſten-
tans uti nivis candorem in offucias oculo-
rum , quod corruptum confectum ex aquis
nivium. *Aut dicit* (inquit Bernard. ubi ſupr.
cap. 17. *num.* 45.) *non feci: aut feci quidem,*
Barnard. *ſed benè feci : aut ſi malè , non multùm malè;*
aut ſi multùm malè , non malà intentione.
Si urgetur , facta defendit , non reſipiſcit;
quia impius cùm in profunda venerit pecca-
torum, contemnit. Cognoſcere erratum, uni-
cum patet effugium , ulceris præſens reme-
dium , aliàs tendit in deſperationis præci-
Vis obſtinationis obdurati in mala pectoris. pitium , quo in ſtatu pectus conſuetudo gra-
vat , & peccata non facit , quia non cogitat;
quod quidem horribile dictu , quid erit fa-
ctu ? Meritòque proponitur horror , dum
percellit amentes tantus furor ; quippè hor-
ridum , ita prævalere delirium, ita duræ cer-
vicis , ita obſtinati cordis , ita effrontes &
capitones effectos , ita prolapſos fieri cervi-
coſos , latæ legis refractarios ; ut potiùs eli-
gant deſperationem incurrere , quàm erro-
rem recognoſcere. Ita pertinaciſsimæ con-
tentionis conatus , quem non dirimet infer-
nus. Ita profundiſsimum , putre , lethale
vulnus ; ſiquidem nullus deſperatior , quàm
qui ægritudine iudicatur valentior. Ita pro-
lapſos à lumine in relaxationis ruinam , *im-*
poſsibile eſt renovari in pœnitentiam , reſti-
tui in morum candorem , nivis revocari in
puritatem; quoniam fronte perfrictâ, oris im-
pudentiâ, mentis vecordia, cerebri pervica-
cia Monaſteria ac Prælatos tumultuantes,
Præcipitium & etiā Prælatorum tormentum. aſſeclas traducentes , criminantes iuſtitiam,
ſupplantantes obſervantiam, conculcātes re-
gulam , in mala præcipites , in peiora ruen-
tes , malunt pati æternam flammam , quàm
amplecti pœnitentes criminum reſipiſcen-
tiam. Quis quæro Superior , dum non ſat
labor , & undique ſerpit huiuſmodi furor?
O infelix ! Eſtò in cœlum aſcendas , omninò
corrues. Retorqueatur Ethnicus *Satyr.* 3. à
verſ. 35.

Magne pater divûm , ſævos punire tyran-
nos,
Haud aliâ ratione velis , cùm dira libido
Perſ. *Moverit ingenium ferventi tincta veneno.*
Virtutem videant , intabeſcantque relicta.

DIDASCALIA IV.

Nihil eſt ſupra improbitatis ingenium.

1 PArùm prodeſſet detegere proie-
ctorum vulnera , ni in ulcera
etiam præparentur medicamina.

Terra ſalutiferas herbas , eademque nocen- Ovid.
tes
Nutrit ; & urticæ proxima ſæpe roſa eſt.

Ovidius 1. de *Remed.* verſ. 45. Urticoſi
mores defenduntur ſpiculis , roſa etiam or- *Deploratis medicina difficilis.*
natur telis ; ut reſpondeat pharmacum infe-
rentibus venenum : ſiquidem in deterius im-
probi convaleſcunt , niſi dum roſâ purgan-
tur. Medicina in deploratis profectò diffici-
lis: igitur etiam in tractu illo,

Mille nocendi artes. Virgil.
Et quicquid ſcelerum , pœnarum quicquid &
iræ Sil. Ital.
Pectore fœcundo coquitur.

At qui ſunt iſti? Qui volunt eſſe ſine paſtore,
proiecti in fæcibus haræ. *Quibus pro lege*
(inquit Legiſlator & Dux N. Benedictus
Regul: Sanct. cap. 1.) *eis eſt deſideriorum vo-* S. Bened.
luptas : cùm quicquid putaverint , vel elege-
rint , hoc dicunt ſanctum ; & quod noluerint,
putant non licere. Aptiùs Iudas. *Subintro-*
ierunt : appoſitè , *non introierunt* , ſed *ſub-* Iudæ. v. 4.
introierunt quaſi fures , & ingenio pravita- *Qui ſubintrant, & non intrant in clauſtra?*
tis ; ſiquidem in Monaſterio ſunt corpore,
verùm in ſæculo mente , mortificationis o-
ptabilis habitum commutantes in luxum,
rursùs Chriſtum ad crucem damnantes , cæ-
terùm *oſtentui habentes* : quandoquidem ſi- Heb. 6. 6.
cut Moyſes , tellurem demonſtrant cæteris,
ſed non intrant in terram promiſsionis.
Oſtentui habent , id eſt , ludibrio , religio-
nis cordi faſtidioſo , cogitanti corruptelâ
haccine morum, ut fœtidum inſtitutum; dum
ager aſſeclarum pravorum ſcateat ſpinis, qui
florere debebat virtutum roſis. *Oſtentui ha-*
bentes , ſicut idolum zeli , ut provocent in
legem introeuntes , ſed intrinſecùs tantùm
abominationes ; ut ſecuriùs innocentes cor-
rumpant , vel depraventur , ſi floreant : igi-
tur terra maledicta abominabilis , quicquid
ſugitâ cœlo , vertit in vepres. De Empyro
piſce canit Nazianz. de *Præcept. ad Virg.*
Carm. 3. verſ. 776.

Empyrus eſt piſcis , qui nunquàm abſumitur Greg. Nazian.
igne:
Verùm ardens medijs effulget in æquoris
undis.

Cuiuſnam conditionis Empyrus piſcis?

Ecce oſtentum, & crucis Chriſti ludibrium: quandoquidem inter frigida lucent, inter ignita non ardent; quoniam alij ingrediuntur, ut ardeant, & hi ſubintrant, ut luceant, ſedentes in Aquilone, illæſi & intacti ab igne, quo corda lutea dureſcunt, & in peius obdurantur, Domini noſtri Ieſu-Chriſti gratiam transferentes in luxuriam.

Verſ. 8.

2 *Similiter hi carnem quidem maculant*, igitur voluptatibus corporis, non ſolùm mentis, ſed ipſius inoleſcunt ægritudines: *dominationem autem ſpernunt*, quia uti vincula concipiunt; dum degere concupiſcunt tantùm ad placitum, relaxationis lege, & ſoluti, & diſſoluti: etiam ſi leges ligant, *maieſtatem blaſphemant*; quippè in Præſule legis venerationem, arbitrantur fulminantis maieſtatem. Nullus ex Prælatis illis gratus, ni, ſicut ipſi, ſit improbus; proculcante voluntate maieſtatem legis, quia vivere ſolummodò cupiunt, & maieſtuosè, iuxta legem voluntatis. Pervertitur corruptelâ mentis iudicium, & ideo egreditur iudicium perverſum: quandoquidem cor non ducitur iuxta deſideria legis, ſed dimittitur lex ſecundùm deſideria cordis.

Deſcriptio improbi Monachi.

Hæc an vera fides pariat, vita indicat omnis:
Sin fictè fiant, qui volet, illa probet.
At vitas verſans, atque omnia verba revolvens, (Nazianz.)
Dogmata falſa ferit, prævalet improbitas.
Quod ſi barbariem ſpires, omneſque laceſſas,
Angelus es. Tantum barba piluſque poteſt.

Ait qui ſupr. *Carm.* 59. à verſ. 29. Quid inde? *Hi ſunt* (ſubdit) *in epulis ſuis maculæ.* Adinſtar canum, qui vorantes ringunt, vel ſi non fuerint ſaturati, murmurabunt; vel murmurabunt etiam ſaturati: ſiquidem epulæ inſipidæ in maculam, ni dum ventrem refarciunt, paſcerent linguam, ſingula maculantes, & etiam ibi ſemetipſos paſcentes. Si invicem mordetis, & comeditis, videte, ne ab invicem conſumamini. Signat vel Profanus lib. 8. *Metam. fab.* 11.

Verſ. 2.

Adinſtar canum.

——Tandem demiſſo in viſcera cenſu,
Ipſe ſuos artus lacero divellere morſu (Ovid.)
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

3 Qui ſunt hi? *Nubes* (infit) *ſine aqua, quæ à ventis circunferuntur.* (Ibid.) Hinc inde vagatio mentis ſicut & corporis; cuius ſtatus elevare debet corda in criminum fletum, & circumaguntur nubes ſine gutta lachrymarum. *Arbores autumnales, infructuoſæ* omninò, quippe ſolummodò in flores cogitatio: *Bis emortuæ*, & ante & poſt vocationem in perfectionis cacumen; quoniam plantatæ in virtutum duntaxàt ſupplantationem. *Eradicatæ*, etiam ſine obſervantiæ radice: quandoquidem dum ampliùs ſine fructu oſtentant ramos, telluris duntaxàt inutile pondus. *Sidera errantia.* Quàm propriè! Exprimit ſymbolum deformatorum vitam, cuius error in procellam, uti fluctus feri maris, deſpumantis ſuas confuſiones; de quo infrà num. 13. De ſegregatione & brutalitate egimus *Tom.* 1. *T.* 1. *D.* 9. à *num.* 11. modò in ſymbolum ſiderum in cœlo Religionis errantium. De menſe Niſan, ſeu Martio dicitur filijs Iſrael: *Primus erit in menſibus anni.* In ſacra menſis conſtitutus; & quod ſacris, expenditur propriè tempus. Rabb. Ionathas: *Incipies revolutiones numerare.* Ecce propudium, & ſine propudio iter ſiderum errantium. Principium virtutis etiam oportet eſſe principium temporis, ut ſit tempus eorum in ſæcula, Religionis obſervantia; ſed convertuntur in errantia ſidera; ſiquidem momenta, quæ numerari quibant in virtutes, vel à temporis principio expenſa in revolutiones. Obijcitur modò cauſa, cur dicit Siracides: *Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut Sol; nam ſtultus ſicut Luna mutatur.* Luna condita in ſplendore plena, ut inquit D. Thom. 1. *p. q.* 70. *a.* 1. ad 5. et qui iuſtus per Solem iurè ſignatur, ſtultus Lunæ confertur: quia Sol ex quo cœlum vidit, in curſu ſplendorem auxit, & Luna plena ab ipſo principio luminis, à ſtatus lumine excidit. Vernaculè: *Deſcayò.* Nihil mirum: curſus enim eius in gyro luminum, principium cunctarum revolutionum. Charitas nunquàm excidit; & improbi circundantur errore, quia excidunt à charitate: igitur per luxum, vel per luſum acta vita, in Monaſterij cœlo ſidera errantia. Aſtipulatur Bernard. *Epiſt.* 253. *Synagoga ſatanæ, tres, aut quatuor Monachi ſine ordine.*

Nubiũ, arborum ſterilium, atque ſiderum errantium.

Verſ. 13.

Exod. 12. 1.

Rab. Ion.

Tempus virtutis expenditur in revolutiones.

Eccleſ. 27. 12.

A ſtatu ſplẽdoris decidit in tempeſtates.

Bernard.

4 De ſcorpione infit Plinius *lib.* 29. *cap.* 4. *Proprium eſt ſcorpionum, quod manus palmam non feriunt, nec niſi pilos attingere.* Hoccine præſtans præſenſque venenum ex continuata feriæ deformatorum, non parvi momenti qui Præſul notet: per pilum incipit, nec deſinet, quouſque viſcera voret. Levicula, uti talia parvipenduntur, quin per pilos ingredi cogitetur venenum: pateque paulatim ruinæ obſervantiæ regularis machina rota; quippè per cogitationem levem introducta ſcorpionis prava venena. Beati mundo corde. *Vir de cuius capite capilli fluunt, calvus & mundus eſt.* Claret in obſervantia mundus, qui calvus: igitur ſi in activum ſcorpionis venenum medius eſt pilus; diabolus ad relaxationis luem invenit in corde mundis nec levem cogitationem. *In intellectibus manuum*, dicit Pſalmographus: ſcorpium manus palmam non inficere, dicit Plinius. Conveniunt ſanè ſententiæ: quandoquidem ſi in palma manus non pilus, & in manu eſt intellectus; nullo modo cordi nocebit ſcorpio, cùm nulla ſit intellectui in maligna cogitatio. Lex de leproſo exponitur, cui defluunt per lepram pili. Lepra malitiæ eſt alterius oppoſitæ conditionis; iccircò habet cognitionem difficilem, niſi per vulnerum praxim: igitur valet & prævalet relaxationis lepra, aptiùs cùm intonſa capita, inferente ſcorpione halitus in obſervantiam lethales, quoniam infiniti ut pili pravorum cogitationes. Elucebit ex ſimilitudine quàm maligni mente & corde.

Plin.

Scorpionis conditio.

A levibus in gravia & graviora.

Lev. 13. 40.

Pſalm. 77. 72.

Sine veneno diabolus ſcorpio, ſi cœleſtis cogitatio.

Pſal. 89. 9.

5 *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur*, dicebant peccatores per Moyſen; conſiderantes, ut punirentur, in conſpectu divini Iudicis iniquitatem, deficientibus annis etiam in vita, quin deficerent venena, cùm adinſtar crocodilorum ſemper in maiora creſcunt. Hinc Picinell. in *Mundo ſymbol.* lib. 6. cap. 17. num. 100. inſcriptam epigraphen ſignat: *Ni maior, morior.* Cæterùm dum maior, peior.

Picinel.

Inque dies creſcens longum ni protrahat virus,
Protinus ille perit.
Creſcit veneni fomes, quantum ipſa potentia creſcit, (Areſius.)
Et niſi creſcat, obit.

Sit ergo: ſed cur anni impiorum araneæ ſimiles, ſi præſentius virus ſcorpionis, dipſadis, aſpidis? *Aranea ſe eviſcerat, & exhaurit ::: ſtudium omne innocua venari, & interimere, eius opus nihil eſt aliud, quàm laqueus & rete*: ſubdit hic N. Genebrardus. En in propoſito deformationis morum pertinaces, in devio iudicio capitones, utcunque corde virulenti, & adinſtar aranearum anni putridi: ſiquidem modò vulneretur innocentia, voment & viſcera. Non cogitant ex labore inutili proprium incommodum, aucupantes ex retibus proximi damnum: etenim ſicut ab aranea retia expanduntur, quantunvis eviſcerentur. Opus illorum aranearum opus, labor & afflictio ſpiritus: igitur ſolummodò obijcitur tela, ut pateant viſcera putrida, atque corda venenata. Stulti iurè ſignandi, perpeti virulentiâ, ac ſibi ipſis nocuâ meditatione: quandoquidem ſummum ſtoliditatis, viſcera nere pro muſcis.

Genebr.

Monachus peſſimus araneæ ſimillimus.

6 Hebr. lectio pro *ſicut aranea*, habet: *ſicut loquela, verbum*, aut *meditatio.* Verbum interius in meditatione, & exterius deteſtabile araneæ tribuitur loquelæ & cogitationi; quoniam in virtutis exterminium totâ vitâ, nec cogitant, nec loquuntur pravi niſi venena. Venenum aſpidum ſub labijs eorum: & adhuc virus ſupra virus aſpidum, quæ in linguæ cuſpide venena cuſtodiunt; quoniam horum minimè ſubſideret in lingua, ni haberent intùs venenata præcordia. *Quantò exterior creſcit tela, tantò interius creſcit eius materia venenoſa*: inquit Berchorius in *Reduct.* lib. 10. cap. 7. num. 17. Dum ſicut aranea corda, nunquàm deficiet materia. Unde David: *Tabeſcere feciſti ſicut araneam, animam eius*: igitur cùm totus venenatorum conatus ſit in morum corruptelam; in ſimilitudinem aranearum habent animam: telam utique diſponunt, ubi innocentes labantur; quanvis interius tabeſcant, & viſcera rumpant. Hiſpan. *Se desbacen, y rebientan.* In Monaſterijs alij exercent, alij exercitantur. Expandunt rete pedibus, ſubtilius, & nocuius cordibus. Utinàm qui nos exercent, convertantur, & nobiſcum exerceantur! Proh dolor! Dies *ſicut aranea*, imò *anni meditabuntur*; quoniam à principio converſionis, veneno pectoris, meditata vita in ſociorum duntaxàt laqueos & retia. Telæ confertur vita mortalis (*Iſai.* 38. 12.) ſed prava prorſum, dum ſicut araneæ dies: præciditur quidem abſque ulla ſpe, ubi tot diebus impœnitens vivit, ſeu moritur cor: igitur in aranearum ſimilitudinem, quantò exterior creſcit tela; tantò interiùs gliſcit & materia venenoſa.

Venenoſa verba.

Berchor.

Pſalm. 38. 12.

In innocentiam ira.

Ampliora vitia in ſenecta.

7 Non ſic impij, non ſic proiecti in execrabile facinus, quemadmodum lupus qui seneſcit in deterius. Longè ſit futile ſtudium ab opere & retibus aranearum. *Araneæ in alvearibus corrumpunt mel*, inquit Barthol. Anglicus de *Rer. propriet.* lib. 18. cap. 10. Minimè hoc officium Monachorum, ſed Religionis, & obſervantiæ exterminium; dum cæteri argumentoſæ & ſolicitæ apes, dulces mellificant opes. Compeſcatur inſolentia cæterorum obſervantiâ: verùm variantur in eodem munere officia, meditatis annis in deterius, quippe virulentus animus: igitur quod in benedictionibus dulcedinis apes præveniunt, uti araneæ dulcorem mellis relaxatione corrumpunt. Labor ineuntium lubitò voluptuoſèque fertur, quoniam cœlo ab apibus favus conſtruitur, cuius in opere labor dulcis, onus leve: ingerente pravitate in opera virus, ut faſtiditi laborantes duntaxàt inveniant onus, ſubtilitate mira, ut cadat obſervantia, ac ingrediatur relaxationis forma: tuncque adinſtar aranearum,

Barthol. Angl.

Corruptor virtutum.

curſus pravorum apparet annorum; quoniam ubi apes miram offendunt dulcedinem, in tædium obijciunt pravi acerbam amaritudinem. Non erubeſcunt, eſtò cuncta cogitata videant in caſſum: imò tunc acuunt propoſitum, quippe regulæ adſtringi timent, & maturè à vinculo cavent, ſtrictiores, ſubtilioreſque efformando laqueolos; ut fatiſcant corruptione, qui fingunt favos. In cellulis ſunt Monachi ſicut apes; in foraminibus deformati, aliquid novum ſicut aranea rexentes, & corrumpentes domum putidis angulis, ut ſocij tædio egrediantur è cellulis.

Scandalum bonorum.

8 Subtilius dixi efformare rete, ut lateant fraudes ex arte. *Non venatur* (ſubdit Anglicus ubi ſupr.) *quouſque reparet, quod ruptum eſt de textura.* Imitantur artificium, qui ſugunt etiam venenum, criminantes innocentiæ, ut excutiant è collo iuga obſervantiæ: equidem ita texunt technas, ita implicant replicantes offucias, diſponunt dolos, inſtruunt laqueos, tendunt decipulas, fingunt ſutelas; ut qui parùm prudenter tendit in laqueum, nullum habeat in libertatem effugium. Hinc multoties in illos non audent, ſibi conſulentes Superiores, quia inexplicabilibus irretiuntur impoſturis.

Idem.

Aſtutia ſumma.

Virgil.

Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Verùm quid? Nimis timet, qui timet telas aranei. Recogitetur ſententia in Heli. Unde Gregorius Magnus lib. 2. in *lib. Reg.* cap. 3. *Magnus nobis* (ait) *timor incutitur. Sunt qui vivendo præeminent, ſed auctoritatem, quam prælatio exigit, nullam habent: nam etſi ad augenda bona excitare ſubditos ſatagunt, tamen contraire delinquentes, per zelum rectitudinis erubeſcunt.* Aliquando neceſſaria virga & vultus ſeverus. Sumpſit etiam flagellum clementiſsimus Dominus. *Tela non venenoſa ex venenoſa aranea*, ut aiunt Berchorius & Anglicus ubi ſupr. Quinimò ſi *morſus, ſanatur coagulo agnino*: inquit Plinius *lib. 29. cap.* 4. Coagulo agni innocentia noteſcit, & tandem tandem apparet; ut impiorum tabeſcant animæ, ſuis retibus involutæ: igitur araneis fortis, quæ cæteris tela futilis. Involucra ſunt inania, ſed involucra, à quorum obſtaculis debet cavere innocentia, ſine retium examine, neque replicaturæ ſolutione, qua ex litibus lites, & vafræ ex fraudibus fraudes: ſiquidem araneorum retia pro innocentiæ libertate, haud congruit ſolvi, ſed rumpi.

Prælatus nõ timeat improbos.

Greg. Mag.

Berchor.

Plin.

Innocentia rumpitur calumnia.

9 Negotium gravius faceſsit deformatorum indoles, dum Religio deſtruitur & ſpecie Religionis; quæ longè ab anima, & ad oculum ſpecies. Ex Plinio & Berchorio ubi ſupr. num. 25. conſtat *genus aranei, phalangium dictum, caput habet rufum, corpus nigrum, maculis aſperſum albis, cuius ictus acerbior eſt.* Horridus planè habitus, & figura: magis perditorum in anima forma: quandoquidem totius pectoris latet nigredo, dum oſtenditur fucata ex candore pulchritudo: cuius ictus acerbior, quia exterior candor; ſæpe incautis labentibus in errorem, quoniam minimè introſpiciunt atram interiùs putredinem. Etiam natura inſtruit in fugam à venenatis, quorum ſpecies multicolor, verſipellis; ut ex varietate colorum, in aſſeclis clareat & variabile venenum, cuius in deformatis, ſicut in aranea, magis horribilis forma; quippe candor, qui videtur, minimè candor, ſed macula. Ex colore capitis rutilat improbitatis index. *Caput rufum.* Noſtrates *Roxo.* Hunc tu Romane caveto. Ludit quoque Martialis *lib. 12. Epigr. 54.*

Idem.

Pravus inſidiatur religioni, religionis ſpecie.

Crine ruber,

Martial.

Igitur ſi color ruber, animus niger indicat acre venenum; in huiuſmodi araneis ominoſum: quandoquidem ictus acerbior, ſi in caput tollitur. Abſit cogitatio, ne ſerpente veneno, corruat corrupta Religio, imprudenter prætermiſsâ fallaciâ, cùm pulchrâ venuſtâ ſpecie verminent viſcera: etenim oſtendentes in circumventionem candoribus puritatem; intendunt anxiè maculare candorem.

Quantum malum oritur, ſi in ſuperiorẽ eligitur.

10 Denique pro textus explanatione, & pravorum conſuetudine, ac cordium malignitate, notandum, quod AA. præfati ex Ariſtotele lib. 9. *Hiſtor. animal.*. cap. 38. & 39. *Parvulæ araneæ ſtatim ac natæ ſunt, incipiunt facere telas, & venationi vacare, ac ſi in materno utero eſſent edoctæ.* Neſcio, quo aptiori ſymbolo, deſcribi poſsit vita deformatorum & relaxatio: quandoquidem conſtat ex putredine procedere, quorum opus vel à principio temporis irretire. Quid in poſterum excogitabit pravitas?

Ariſtotel.

Illius conatus irretire bonos.

—Antiquas exercet aranea telas.

Ovid.

Etenim ſi procellis & nubilo cœlo gliſcunt, ac retia in capturam tendunt; non novum in Religionem moribus putridis efformare tempeſtates, qui ab utero edocti matris prætexunt revolutiones. In hunccine ſtatum perducit Monachos deferventes corruptela, & cogitatio ſæcularium nugarum intra clauſtra: annique ſicut aranea æſtimantur, quandiù nonnunquàm in deterius vivunt; ſiquidem quò creſcunt velociter anni, eò magis operibus virulenti, incraſſati, impinguati, dilatati, ſed in virus, quod corruptè fovet pectus: ſine ulla reſipiſcentia, appropiante mortis horâ; & in ampliorem putredinem, atque annis recogitatis in animæ amaritudinem.

Qui pravè incipit, peior degit.

11 O malè fortunatus paſtor huiuſmodi grege, ſeu potiùs lue!

Torris in aula fumum emittit.

Eurip.

Inſtar fumi vivit.

Ait Euripides in *Cyclope* verſ. 589. Importunus ſanè fumus, ubi ob moleſtiam deſerenda domus: eapropter magis acerbus, quoniam ferè ſine ſcintilla ignis in fornace pectoris, augetur uſque in lachrymas fumus relaxationis, tendentis in tantam calamitatem, ut in lachrymas urgeat etiam nolentem. *Fumus oculis piger*, prædicat Sapiens. Ubi exhibenda ſolicita diligentia, per pigrum patet iactura: fumoque deſcribitur ſimilis, qui nocet oculis; quippe importunum videre Monachum, qui tantùm ob deſidiam ſtatus, ſervit in fletum. Si ſic labens in pigritiam, quid ex pigritia in audaciam? *Sciat Abbas* (inquit Dux N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 2.) *quàm difficilem & arduam rem ſuſcepit, regere animas, & multorum ſervire moribus: & alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium ſuaſionibus: & ſecundùm uniuſcuiuſque qualitatem, vel intelligentiam, ita ſe omnibus conformet & aptet.* Quo in loco Gabriel Bugnotius ſuccinit:

Prov. 10. 26.

Et lamentabilis.

S. Bened.

Quàm difficile regere!

Quàm grave ſit ſervare animas, ſervire ſuorum
Moribus advertat, quàm grave ſumpſit onus.
Urgens, alliciens fratrum ſe moribus aptet,
Nulla ut damna ſui, ſed meliora ferant.

Bugnot.

Optimè Sanctiſsime Pater: ſed quid inde? Curva haud dirigi poſſunt. Nihil ſupra improbitatis ingenium. Peccator videbit, & iraſcetur: dentibus ſuis fremet & tabeſcet; ſed relaxationis deſiderium non peribit.

Proſequitur ſcelus ipſe ſuum.

Ovid.

Allicitur blandè in bonam mentem, ſed iracundia excandeſcens reddit impotem.

Neſcit veſtra mens ira referre pedem.

Propert.

Trahitur, & retrahit: uti tigrem pietas non mitigat ulla: uti ſilicem vel levis ictus comitatur flamma. Scintillat candens ferrum: vitula laſciviens excutit ex toto iugum. Ut ignis redardeſcit attactu: ut titio flammeſcit vento. Ut aſpis obturat aures, nec cantu movetur, nec virus ab illa deponitur, ſed in monentem expuitur. Sufficient in excitamina lachrymæ? Minimè: ut anſer nec madidus quidem tot fletibus, ut phoca non excitatur tot fluctibus. Non erit bonus niſi contuſus, uti aſellus. Verùm calleſcit ad ictus. Ceſſabit virga, ut boni conſulantur prolata verba? Dicat Claudian. lib. 2. in *Eutrop.* v. 116.

Haud revocabilis.

Dum pereunt, meminere mali. Si corda parumper
Reſpirare ſinas, nullo tot funera ſenſu
Prætereunt, tantique levis iactura cruoris.

Claudian.

12 O generatio prava & adultera! Quò ibimus? Quò non ibimus? Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis, lamentavimus & non planxiſtis. Quid ultra? Iuſtificata eſt ſapientia, ſed cecidit cauſa; prævalente malitiâ: quandoquidem inſanabile pectoris vulnus, ubi ad ſuavitatem & dolorem neque plauſus, neque fletus.

Nec bonis nec malis mobilis.

Te quibus aſsimilem, ſeu te quibus arbiter æquem?
Cui ſimilem plagam ſuſpicer eſſe tuam?

Sanct.

Dixit metricè Doctiſ. Sanct. loc. ſeq. *Cui comparabo te, vel cui aſsimilabo te filia Ieruſalem?* Alloquitur ita Ieremias homines, non ſaxa aut parietes; eſtò potiùs motionem ſperaret è ſaxis. *Magna eſt enim velut mare contritio tua.* Cur igitur mari confert illorum contritionem, & non aliam excogitat doloris ſimilitudinem? Nihil igitur proprius, nec opportunius, dum audientium contumax præ ſaxis pectus, exercens protervitatem, adverſus utilem medentis prædicationem, inſolentiâ excandeſcente, corde fluctuante, & lymphatico furore. Mare levi flatu movetur, intumeſcit, æſtuat, ad ſidera tollitur, fluctus excitat, deſpumat, fremit, & obvia quæque concitatum abſorbet, quouſque vel in ſcopulos allidat, vel in profundum demergat. Unde dum pravi rumpuntur Vatis prædicatione, quin ſtudeant pœnitentiæ, aptè comparantur mari; quippequàm ubi ſolicitat in ulcerum remedia, pectoris contritionem, furore perciti excitant in medicum tempeſtatem. Contritio eſt; ſed maris excitati in procellam, & turbines, exercitia pravæ mentis; ex quibus horribilis concitatio: & etiam patet ſimilis mari contritio; quoniam qui pravi corde, magis efferati, vel contriti.

Thren. 2. 13.

Magis efferatus, dum contritus.

13 *Mare* (inquit Sanctius hìc num. 51.) *ſalſum eſt.* Impoſsibile deſciſcere ab innata amaritudine, etiam totius orbis fontium aquarum dulcedine: quandoquidem tota moles in interiora recipitur; ſed illud movetur, cæterùm non immutatur: imò quicquid vel dulce ſtrepitu quaſi expellendo accipit, in acerbam conditionem & amarorem convertit. *In ſe multa continet monſtra:* haud ita fera, uti vitia: collatis repulsâ prædicationis, atque procellâ maris, quia uti in mari procelloſa, leviſsima correptione, apparent monſtra vitiorum, quæ latitabant in pectore; ita hominum deformata figura, ut reputentur inter homines monſtra. *Vaſtos*

Cur ſimilis mari?

Sanct.

Iraſcitur correctione, non corrigitur.

(ſub-

(ſubdit) *attollit fluctus.* Hiſcit contumacium pectus : etenim pro contritione criminum, nix, grando, glacies, ſpiritus procellarum. Hinc querulus Ieremias, dum pervicax perſiſtit improbitas, contendens verbis & minis inducere in pœnitudinem animos; *Videte* (ait) *ſi eſt dolor ſicut dolor meus* : ſuperat enim in ampliore dolore vehementiorem efficaciam pro dolore criminum in dolorem exoriri procellam. Qui prædicat, intendit converſionem in vitæ felicitatem; & qui vitia carpit, indicat etiam in peccantes amorem; ne pereant turpi ignorantia, aut malitia, in perpetuum; qui valere poſſunt contritione, medicamine vulnerum : & non eſt dolor ſicut dolor prædicantis auribus protervis, ſimilibus æſtuoſitati ferventis maris; quippe ſi converſio cordium fulminantis conatus, nullus pœnitentiæ fructus : & ſi aliqui, prorſus fructus *feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones.*

Cap. 1. 12.
Intumeſcit.
Iudæ. v. 13.

14 Quis igitur coërcuit vinculis tumidum mare? Quòcunque ſpectetur, minatur horribile. Haud aliter pectus deformatorum in iram, & in monentis procellam : igitur quanvis ſemper fluctuoſum; horribilius, quando tumidum, excitata contritione non in contritionem cordis, ſed in vulnus atque verbera medentis. En etiam cauſa perſpicua, cur etiam in Babylone medicina caſſa. *Curavimus Babylonem* (clamat idem Propheta) *& non eſt ſanata.* Nequaquàm pharmaca admonitionum abſuerunt : minimè etiam cauſtica, & anaſtomica in medelam vulnerum; ſed nihil profuit, nec illa convaluit: ſiquidem in archiatros apponentes medicamen, implacabilem pro gratia movebat perſecutionem. Quid ergo cogitandum in medicinam? ſubditur : *Derelinquamus eam.* Salutis eſt deſperatio : habeatur pro derelicto : igitur adoleſcet in deteriora malum, ni æſtimetur in bonum tanquàm vas perditum. Occurrit in exemplum prudentiæ decertatio Michaëlis & Luciferi. De corpore Moyſis iam ſepulto excitata eſt quæſtio, & *cùm Michaël Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur; non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ; ſed dixit, Imperet tibi Dominus.* Non per ignaviam, habebat enim potentiam : & hoc fuit magni, non exercere ſcilicèt poteſtatem, & habere; ne fractis repagulis incutientibus timorem, etiam Michaëlis tereret auctoritatem; quod ſæpè uſuvenit ſubditis protervis, pravis, ſi fuerunt aliquando, ut Lucifer, Superiores. Iam enim exciderat à gratia, & è cœlo dyſcolus, qui in ruinam manifeſtare intendebat Moyſis corpus : & Michaël cum diabolo altercatur, ſed ſine contentione; quia vanum contendere cum ſpiritu deſperato ſine ſpe veniæ, reluctante pœnitudinem, & defendente totis viribus errorem.

Si carpitur iniquitas, excitatur tempeſtas.
Ierem. 51. 9.
Ibid.
Habeatur pro derelicto.
Iudæ. v. 9.
Aliquando indulgeatur ne Superior peſſundetur.
Maximè, ſi obſtinatus.

15 *Non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ.* Difficilis textus, ni in memoriam revocetur, quod diximus *Tom.* 3. *Taut.* 10. n. 12. & *Taut.* 14. n. 2. nimirùm, auctorem operis dici, qui permittit, vel non contradicit operi. Unde ſenſus teſtimonij genuinus eſt : *Non eſt auſus permittere iudicium blaſphemiæ*, ſeu blaſphemiam in proferentis iudicium. Ecce cauſa altercationis Michaëlis ſine contentione cum ſpiritu protervo & pervicaci: igitur ſi potentia opprimeret, & audaciam protereret; frangere intendens verberibus contumaciam, etiam in Deum vivum proferret procax blaſphemiam. Nec aliter prælatis labor, dum à ſubditis defenditur error. *Imperet tibi Dominus*, dicat; eſtò pectus zelo Religionis exardeſcat : etenim potius quod zeli flammam, qui prælatus, mitiget, quàm quòd ſubditus preſſus virgis blaſphemet. Diabolus mittit in cor contumaciam, ne poſsit errans revocari in pœnitentiam : prudentiaque præſidis tunc meditanter indulgebit; quoniam deſperatus ſine ſpe veniæ, & perculſus quid non aget? Igitur ſi non habet quid lucrari, vel amittere poſsit, blaſphemabit. Ita fervet, ita furit.

Auctor dicitur operis, qui opus permittit.
Non utatur Superior poteſtate in deſperatione ſubditi.

Dentibus infrendens gemitu, graditurque per
æquor.
Clamorem immenſum tollit : quo pontus, & omnes
Intremuere undæ, penituſque exterrita terra.

Virgil.

Ut ait Virgil. de Polyphemo lib. 3. *Æneid.* verſ. 664.

16 En ſtatus perplexitatis in præſide, quem tenaciter mordet Religionis zelus, & anfractuoſus viſcera pungens articulus; ad quem non ſufficit homo de cœlo delapſus. Si indulget, vergit audacia in maiora; quia diſsimulatio ducitur uti licentia. Si gladius poteſtatis ſtringitur, perſecutio in gladiantem commovetur. Si ſuperior fulminat, ſubditus iacula vibrat; & ſi opprimitur, blaſphemat. Infelix homo! Iurè mari fervido ſimilis demonſtratur horum contritio; quoniam procellam minimè iracundia placat, quouſque motorem uſque in profundum demergat. Audiatur in acumen Rupertus hic cap. 48. *Cui comparabo te, vel cui aſsimilabo te filia Ieruſalem? Nunquid Ninivitis? Non utique, nam pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ. Nunquid Tyro, aut Sydoni? Non utique, nec enim facta, aut dicta ſunt in illis, quæ facta, & dicta ſunt in te. Tui ergo quis medebitur? Non profectò ipſe ſi de cœlo venerit medicorum medicus. Magna eſt velut mare contritio tua : & quicunque accedit ad medendum, perſecutionem, & ipſius mortis patitur naufragium.*

Quando ſtatus perplexitatis in corde Præſidis?
Rupert.

17 Nihil mirum, quòd miretur Vates medicum, qui accedere non vereatur in huiuſmodi ægrotum & freneticum. *Quis*, exclamat, *medebitur tui?* Quantum ægritudinis, ubi invalidus etiam archiater cœleſtis? Profundum utique in viſcera virus, ſi nihil valet medicorum medicus; & refugit ſalus, dum ſine virtute medica omnimodò virtus. *Dici de malis* (infit Delrius hic *Adag.* 878.) *qui in medicos ſpirituales inſtar freneticorum furunt* : igitur pro ſalute, quam conantur in auxilium; velut mare fluctus inſtruunt in medicorum naufragium : nulluſque inter inveniendos invenitur, qui freneticis medeatur; quia nemo vult gratis prodigere vitam, & videre diſpendio vitæ deteriorem animam. Faceret, ſicut fecit ſumma charitas, verùm prævaluit infirmitas: renuiturque pro ſalute conatus, quia nullus ex tan pretioſo medicamine fructus; cùm vita medici pereat, perſiſtente errore, vulneris voluptate, languoris dulcedine, exceſſuum prurigine, & peſsimo ulcere ſine ſpe reſipiſcentiæ. *Quis medebitur?* Immedicabiles fiunt, indigni miſeratione : etenim licèt charitatis accedat auxilium, nihil utique ſupra improbitatis ingenium; quia deteriora ſubit, & ut mare nunquam quieſcit : fit igitur ſicut mare contritio, corde procelloſo, moto tùm in elationem ſuperbiæ, in ſalſuginem iracundiæ, in amarorem invidiæ; tùm in procellas arrogantiæ, altitudinem inſolentiæ, profunditatem aſtutiæ, quibus nati in hominum perniciem, ut obſervantiam exterminent regularem. Fortiter utendum loris, quæ medicina freneticis : etenim indulgentiâ, ut canit ubi ſupr. Claudianus verſ. 124.

Ibid.
In ægritudinem conſummatæ pravitatis, nec medicus cœleſtis.
Delr.
Medicamine deterior.

Claudian.

——*Rueret deriſa vetuſtas,*
Nullaque calcati ſtarent veſtigia iuris.

DIDASCALIA V.

Improbis nulla medicina, niſi pœna.

1 HAud dubium in horum medicinam, neceſſariam omninò prudentiam; igitur ut canit Ovidius de *Remed.* lib. 1. verſ. 123.

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
Reſpuit, atque odio verba monentis habet.
Aggrediar melius tum, cùm ſua vulnera tangi
Iam ſinet, & veris vocibus aptus erit.

Ovid.

Tunc eſt æger medicabilis arte, ſi ars interſit in uſu medicinæ : equidem inſtandum opportunè & importunè; ut per pharmacorum efficaciam & medici artem, redeant in ſaniorem mentem. Non deſperet pœnitentiam dicatque:

Opportuna ſit crimini medicina.

——*Satis eſt, gentem effugiſſe nefandam.*

Virgil.

Quippequàm non ſatis fugere, dum incumbit ob munus ægros curare. *Malorum ſerpentium & aliorum animalium, quibus mortifera vis ineſt* (ait Stoicus lib. 2. *qq. nat.* cap. 31.) *cùm fulmine icta ſunt, venenum omne conſumitur. In venenatis corporibus vermis non naſcitur : fulmine icta intra paucos dies verminant.* Apparet tota ſcena ſipario rupto, ſi ſpecies tragica obijcitur in theatro : ſiquidem ſi adinſtar venenatorum ſerpentium corda improborum; modò fulmen vibretur, omne venenum abſumitur. Iam diximus, rebelles ictos, ex putredine verminare, ſanie lethali ſcatere, & contra naturæ propoſitum, quo vermes denegavit, ubi venenum. In venenatis vermis non naſcitur : idem in virulentis hominibus, ruptâ conſcientiâ, videtur. Nullus ex pravitate morſus, nullus animæ ex ſceleribus ſenſus, ob rationem criminum hyoſciamo ſopitam, & carcinomate cauteriatam putrem conſcientiam. Unde fulmine quati, angi, atque percuti oportet; ut excuſſo veneno ratio in pœnitentiam verminet : etenim ſcelera moliuntur pravo corde, quia in illo nullus, vel levis vermis conſcientiæ. De Hydra, triumpho virtutis Herculis, fictum non ſatis in interitum gladium, quia reſecto uno, ſeptem pullulabant capita, quouſque igne cauteriata vulnera. Unde Seneca in *Agamemn.* verſ. 831. ſuccinit:

Senec.
Pro medicina confugiendum allorà.
Nullus ex pravitate conſcientiæ morſus, nec menti ſenſus

Morte fœcundum domuit draconem,
Vetuitque collo pereunte naſci.

Idem.

Igitur haud extingueret Hydræ vulneratæ conceptas, ni adhiberet vulneribus urentes flammas. Pectus protervi, maximè ſemel indulti, Lerna malorum, caputque fœcundum, quòd quidem uti vulnus immedicabile non tantùm recidendum enſe, ſed etiam igne, fulminante poteſtate, ut non verminet in noxam, vel conſcientià vulneratà verminet in pœnitentiam.

Pravus eſt Lerna malorum.

Utile propoſitum eſt ſævas extinguere flammas,
Nec ſervum vitijs pectus habere.

Ovid.

Ut monet etiam Profanus lib. 1. de *Remed. amor.* verſ. 53. Cuncta ſanè tentanda, & extin-